sponsio, cui etiam Pauli apostoli ad Timotheū scriberis cōsentit autoritas Sic enī ait Noli adhuc aquas bibere, sed modico vino utere propter stomachū tuū, et frequētes tuas infirmitates Appetitus hō et ipse sanitate suadet ut rō, sine tamē differt, optat enī sanari ac bene valere, nō ut exanimissim et castigatē operet, sed ut libidine ac licēter inq̄netur, ut scz more canum ad vomitum recedat, et more suis ad volūtābz luti. Sed hic est anime oculus neq̄, qui opus omne tenebrosū facit, neq̄ enī ad normā respicit, et deo neq̄ est oculus: qz eius malus prospectus, limus aspectat, strabo est. imo luciosus: nam in luce cœcūticis, videt in tenebris, lux est virtus, tenebre peccatum, in his que sunt peti est circūspectus, oculus, in his est argus, in his est Liphis, in his est Dedalus, in his hō q̄ ad p̄tutem et sapiam p̄tinet, iners, ignavus, muricid⁹, lōmior lenior phoca, pigrior coclea, cecior talpa, at rationis bonus est oculus, si nem namqz p̄bitatis intēdit, regulā semper tenens et perpendiculari propterea et opus eius est nitidum, rectum, interpolatum, ac lucidum, lucem non refugit, videri non metuit, at opus malum tenebrarū amiciz debite secrete cupit, et in publicum, utpote sue deformitatis consciū, prodire nō audeat. Timet occurrere saryzicis, cynicis, veteribus comœdis, veris nō menciatorib⁹, reticis ceniorib⁹, pudet appellari, qd̄ non pudet esse. In genijs nostris nature vis insita frutes in nobis repingit et vicium, nam cum de vicijs loquimur, cōtractis supercilij, frōte caperata, toruo alpectū, truculēto vultu, verbis atrocibus fulminam⁹. Species hec viciorū. Sed cum sermo est de p̄tutibus ex intimis anime penetralib⁹ exit in faciem festiuitas, hilaritas, alacritas, exit in vba q̄dam suavi loquētiē pulchritudo non fucata, q̄ si perperderis virtutis imaginem conatur exprimere. Accedit et fame vulgari iudiciū vicijs non parcēs, quod ore nō potest, more Philomenę scripto promulgar, sanitatem ergo sine proposito quem ratio p̄silet querere licitum, imino et debitum, finem hō appetitus respicere, turpe ac inhonestum.

**Quomodo querenda est sanitas. Ca. xxx.**

*licita q̄ dicitur*  
**S**edita finis rectitudo nō sufficit: nisi modus q̄rendi sit licitus, licita sunt q̄ lege p̄ceduntur, p̄ceduntur autē q̄ nō p̄hibetur, oē quod pctm̄ est, p̄hibitū est, et omne qd̄ p̄hibitū peccatum. Propterea ut pituitā cures, fornicari nō licet. Nec audiendi sunt medici q̄ id corporis sanationē, pctm̄ inducūt, q̄ enī demētia est, ut corp⁹ mītes aiām inq̄nare, id sile ē vt argētū serues, aut amittē, ne vestē amittas, corp⁹ occide. *Les gim⁹* Constantinū impatorē graui qdā morbo laborasse, cui erat medico rū iudicio cruoz p̄hūan⁹ lingrare remediū, qd̄ optim⁹ p̄iceps christianis

*De Constantino impatore.*

## Liber Primus

*elephantiasis*

dogmatibus nuper imbutus cum audisset. abhorruit et male se dixit se  
 egrotare. quod tam immam remedia sualescere. et quod hoc de Constantino  
 non legarim loco satis idoneo. quod se eo morbo laboravit. tamen fide facit  
 Plinius. qui in vigesimo sexto de naturali historia libro capite primo sic  
 inquit Diximus elephantiasim autem Pompei magni etate non accidisse in  
 italia. et ipsam a facie lepro incipientem in mare primo. veluti lenticula mor  
 inualescere per totum corpus maculosa variis coloribus. et in equali cute a  
 libi crassa. alibi tenui. dura. cum scabie aspera. ad postremum vero nigrescere  
 et ad ossa carnes appropinquante intumescere digitis in pedibus manibusque.  
 Aegypti peculiare hoc malum. et cum in reges incidisset. populis funebre.  
 quippe in balneis solia temperabatur humano sanguine ad medicinam  
 eam. sic Plinius. quem locum citavimus. ut id metendi genus olim in usu  
 fuisse ostendat. Sed quod morbus subinfert Plinius credi hoc de Constantino  
 non sinit. ait enim. Et hic quidem morbus in italia celeriter restinctus est. si  
 ergo tempore Plinii qui sub Vespasiano floruit. erat iam restinctus hic mor  
 bus in italia. simile veri non est Constantinum eo laborasse. qui post longum tem  
 pus inpaucis. sed his omissis ad ea veniamus unde potest nobis impedere  
 periculum. Prohibite igitur sunt incantationes sortilegia. ac suspitiones om  
 nes que sunt simplicium verularum deliramenta. non denudicula solus verus et pe  
 sifera. ac gravi censura coercenda. et si vix aliquis videntur habere non ver  
 borum. non signorum. non dei vis illa est. sed fallacium demonum nos vanis  
 observationibus illaqueare studentium. Est in quinto decretalium libro ca  
 put. cum incium est. Cum infirmitas corporis ubi duo in medicos cre  
 creta sunt. primum. ut priusque ad infirmorum curam deveniant. eos admonent  
 ut medicos advocent animarum. Petrus apontensis vir magne sedumium  
 audacis temerariisque doctrine securus Orpheum Zoroastres Porphyrum  
 Apuleium. et ceteros danate magie studiosos. in palatore scribit incan  
 tationes ad infirmorum curam perferre quod plurimum. Verum quia in decretis  
 Braciani. ca. xvi. questio. v. capite non liceat Vanas istas stellas et in  
 cantationum observationes videtur sanctorum patrum damnare sententia Pe  
 tro assentiendum non consulo. si tamen verba sint sancta. fideliter et nulla su  
 perstitioe plata. ut symbolum fidei. et oratio dominica. non damnauerim.  
 verus ea cum peccati suspitione carebunt. non iam incantamenta religiosa que  
 ba. aut sacre preces appellentur. Eadem questio in decretis capite ultimo  
 gemas herbasque sanitatis gratia. sine vlla incantatione deferre processum est. is  
 magis vero astronomorum. characteresque preter crucis signum penitus danan  
 tur. de quibus etiam apud Thomam aquinatem multa in secunda sede preter repies  
 questio. xvi. cum oculi lectio vacare te sine quibus hec breviter dixisse volui. quod  
 hac nostra tempestate plerosque videmus his malis artibus depravatos clam

intra cum diabolo amicitia q̄ plurimos seduce & grauissimis erroribus  
 aias implicare. Nos autem quib⁹ ppositum est nunq̄ a catholica puri-  
 tate discedere. talia floccipēdim⁹ eligētes magis sp̄ egrotare. q̄ cum sal-  
 uatoris p̄melia sanos esse Dānari hec etiam & irriteri videtur a Pli-  
 nio libro naturalis historię. xviij. Capite secō. tercio. & quarto. vbi reci-  
 tatis q̄ plurimis hui⁹ curiosē supsticiose vanitatis exemplis. in fine se-  
 cūdi capitis subiūgit. Quapropter de his & libitū cuiq̄ fuerit opinctur  
 Cetera igitur q̄ approbati medici remedia docēt. nō solū asp̄nanda non  
 sunt. verū etiam diligētī cura sumēda. medicisq̄ parēdum. si peritiā ha-  
 beat medicādi dicēte scriptura. honora medicū ppter necessitatē em̄ cre-  
 auit illū deus. & infra paululus. Deus creauit medicinā de terra. & vir sa-  
 piēs nō abhorrebit eam. Cum post maris rubri transitū venissent iudei  
 in locū vbi fontes erāt amarissimi. deus p̄sulētī Moysi remediūq̄ pes-  
 cētī lignū indicauit. qd̄ naturali vi sua missum in aquas amaritudinem  
 abstulit. poterat sine ligno solo s̄bo succurrāsēd ne res naturales frustra  
 fecisse vidēt. monuit vbi opus est fugiendū ad eas Dis igitur q̄ lex & ra-  
 tio damnāt p̄termisiss. sic de corpis sanitate curandū est. vt quicquid ag-  
 gitur ad aīę sanitatem referatur. & ab aīę salute sumatur exordiu Quod  
 si p̄tingat sanari nō posse Sunt em̄ morbi quidā incurabiles. virum sa-  
 pientem equo aīo ferre decēbit morbū tanq̄ a deo missum. qui nunq̄ p-  
 cutit nisi vt sanct. q̄ nos castigat vt meliores reddat. & ex dāno iactura  
 q̄ corpis profectū querit interioris hoīs.

De patientia

Ca. xxxi.

Pa Parthe<sup>ch</sup>libo 30.  
 Patientis terit oia vicia.

**P**atiam ad fortitudinis & patientię tractatum vt p̄missus p̄ cō-  
 pendiu sermonis accedā Mala que accidūt aut inferūtur licet vt  
 ante dixi repellere seruata norma legis & rōnis habitus in irascibi-  
 li. qui ad hoc inclinat. fortitudo d̄r. facit em̄ aīm ad subcūda pericula sub-  
 linez. elatum atq̄ p̄stantem. & quantum & quando oportet semp̄ auden-  
 tem. vt nō secari. nō vri. nō amaris p̄tari metuum? aīos igitur ociosos  
 excitat. excitatos erigit. erectos firmat & imobiles reddat. hec in infirmo  
 stus tūm optima est cum salūti locus est. ita tamē cauetendū vt frenetur  
 irascibilis. nam moze impatiēs excēdescit. & bile quasi bos oestro p̄citaf.  
 natura vero nō statim. nō in momento. sed tractu t̄pis opatur. At vbi  
 sanādi spes nulla est. debet infirmus sese cohibere. & amuletum ferre pati-  
 entię. Patientia ergo habitus est in irascibili. que nō ad impugnandū ca-  
 q̄ p̄cipisibile offendūt & sensui nocēt. s̄ ad equo aīo tolerandū inclināt  
 ipsius namq̄ irascibilis flāmam extinguit. rabiem sedat. furozē emollit.  
 fit autem in nobis hic habitus. si aduersa mitissime & sine resistētia fre-

Amuletum red frat  
 id quod vulgare est  
 p̄ma & d̄r agnus dei  
 Amula q̄pe adfri-  
 n̄ genz & quod r̄e  
 legiō: a exp̄radōz  
 malozū grā gestō.

Di

queter feramus. sic enim paulatim violēta hec et immanissima fera potest subigi  
 frangi ac domari. tātoque est maior patientie quam fortitudinis virtus. quāto gra-  
 uius ac difficilior est malis. nullo pacto quam recte resistere fortitudo ei. ut  
 autem iuriscōsulti cum moderamine inculpate tutele. hoc est sic se <sup>seruando</sup> ut  
 culpari non debeat resistit. patientia nullo modo. Hinc Jacobus dicit *Dom* <sup>Jacobus ap</sup>  
 ne gaudium existimate fratres. cum in varia tentamina incideritis. Scien-  
 tes quod probatio fidei vestre. id est dum aduersa patimini. patientiaz operat. Pa-  
 tiētia vero opus perfectum habet. nam cum habitus est inductus. tunc demum  
 perfecte operamur. non enim valet patientia nisi habitum habuerit plene opa-  
 ri. iuuat namque habitus rationem et cunctis viribus fortius emittunt. Sco-  
 tus in tertiū sententiarum distinctioe. xxxiiij. fortitudinem dicit genus esse  
 sub quo species collocantur duę. vna qua aduersa repellēdo certam. et hęc  
 bellicositatem vocat. altera qua equanimiter ferimus. et patientia dicitur  
 ita scđm cum non distinguit a fortitudie patientia. ut species a specie. ut homo a  
 leone. sed ut species a genere. ut puta homo ab animal. et erit patientia bellicosi-  
 tate tāto prestantior quāto appetitum magis infrenat. De his aliter ab  
 alijs disserit. et precipue a Thoma aquinate. nescij non sumus. sed more a cade-  
 micorum nulli sectę addicti ex vna quaque arbitrati nostro quod placet assumi-  
 mus. Hęc de vere penitētie virtute tradita sunt. Est enim alia que dicitur malo-  
 rum tolerātia. que virtus non est. ut in auarorum negocijs est cernere de qui-  
 bus Horatius inquit. Impiger extremos currit mercator ad invidos. Per <sup>Horatius</sup>  
 mare paupicem fugies pro sara per ignes. Verum hęc duriciem rectius vo-  
 caueris teste augustino. Neque enim vere patientes est. qui ut dicitur sustinet  
 tot aduersa. Patientes est qui pro virtute. pro legibus. pro pietate. pro deo nititur <sup>Patientes dicitur</sup>  
 quicquid acciderit ferre. nec frangitur

De gradibus patientie Ca. xxxij

**V**erum patientiam que virtus est excellētissima tres habere gradus  
 inuenio. vnum quod et perfectissimum est. illis attribuitur. qui aduersa  
 non solum cum opus est ferunt. sed etiam questum eunt. et quasi mercena-  
 rii opus unde aliquid lucent inquirunt. et quod inquirunt inueniēto gratulantur.  
 horum quod duo sunt ordines Martyres quodammodo Confessores alij. fuerunt enim tunc  
 illis cum in persecutione crescebat ecclesia. sicut sub Nerone primo. de-  
 inde sub Domitiano. et plerisque alijs imperatoribus. multi christianorum. qui  
 aspirare dei gratia tanta fortitudie et patientia excelebāt. ut tormētis crucia-  
 tibusque tyrannorum volūtarie seipos. cum latere possent. obicerēt. Secū-  
 dus ordo confessorum est. quibus et si tyranni pepercunt. ipsi tamen sibi non parces-  
 tes. et in seipos irati quod poenitētie genus est optimum. crucem suam tunc  
 reposit christum. Isti coram hominibus modici ac humiles sed deo magni et

excelli sunt illi de quibus in die iudicii quando scientiarum libri proferuntur iudex viuorum ac mortuorum dicit. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Tunc in istos Chastissimi pueros seculi principes ac magnates qui modo thesauris incubant. horrea dilatant. mollibus vestiuntur. splendide puiuant. alterius vite ritum admirantes et preter tristitia spiritus gemetes. repetent illud sapientie dictum. hi sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem inproperij. nos in sensati vitam illorum existimabamus insaniam. et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum est ergo errauimus a via veritatis et de hoc iam satis. Primus igitur hic atque optimus patientie gradus est. In quo si Ludonicum morbiolum cocci uen tuum qui anno preterito functus est vitam collocauero quod multi sunt ut si fuerunt qui iusti simplicitate derideant. non ero fortasse grauius condemnandus. Secundus gradus est eorum. qui non questum eunty nec iniuriant ad se mala. attamen cum veniunt benigne suscipiunt. et reuerenter tanquam dei nuncios amplectuntur. Ex eorum numero fuisse Job arbitror. cuius in patientia nomen est clarum. Ipse namque cum suorum cladem audisset coelum suspiciens dixit. Dominus dedit. dominus abstulit. sicut domino placuit ita factum est. Sic nomen domini benedictum. huic adiungendus est Thobias qui cecitatem oculorum tam patienter tulit. ut ab angelo curari meruerit. Tertium ac infimum patientie gradum illi sibi vendicant qui mala neque querunt neque cum venerunt gratanter accipiunt. ingressa non eiciunt. secum patienter grauate ferunt. conquiruntur etiam. tamen sedata bile in deum non elati musando transeunt. et a vicio parum distantes in extremis patientie marginibus sedent. Et hi sunt qui nostra hac etate viri boni sunt. vix restat nobis anti que futuris iste reliquie. et raris quidem in locis. ut periculum sit ne et ipse quoque breui collabantur.

**Venerandi fratris Baptiste Mantuani Carmelite  
Magoges ad patientiam. Liber Secundus**

**Quod patientia via est sanctorum ad celum. Cap. primum**

**N**o igitur maiore fide quam eloquentia dictis velim te vir prestantissime paulo aliter inspicias et abiectis seculi curis. et spinis illis que iuxta christi parabolam semen. hoc est verbum dei fructificare non sinunt. excisis te ipsum intrinsecus quas iuxta illud persianum. nec te quis ueris extrinsecus cum aio tuo roem ponas. in aduertatque quonam patientie gradu sis constituitur.

**Dij**

## Liber Primus

Quod si fortasse, quod mīme suspicor, a patiētia te exclusum videns: sci  
 to te a scōz forte supatum. Quotquot enī a mūdi exordio ad nrām vsqz  
 etatem deo placuerūt: crucis patibulū in mortali suo corpe portauerunt.  
 Audi quid in psalmis dī: Propter te mortificamur tota die estimari su- Aptaz aud.  
 mus sicut oves occisiōis. Item trāsinimus p aquam ⁊ ignem, ⁊ coxisti  
 nos in refrigeriū. Paulus ad hebrēos de sanctis ita loquitur. Alij iudibz  
 a ⁊ verbera experti, insup ⁊ vincula ⁊ carceres, lapidati sunt, secti sunt tē- Paulg.  
 tati sunt, in occisiōe gladij mortui sunt. Circūierūt in melotis, que sunt  
 pelles omne, in pellibus caprinis egētes, angustiati, afflicti qbus dign<sup>9</sup>  
 erat mūdus, in solitudinib<sup>9</sup> errātes, in mōtib<sup>9</sup> in spelūcis, ⁊ in caernis  
 terre. Sed quid p multa vagor. Nonne Innocētissim<sup>9</sup> abel que iustū  
 in euāgelio christus appellat, primus omnium sanctus ab impio fratre,  
 Chaim occisus est. Dauid quem scdm cor sui deus inuenit vnqz ⁊ cre- Meloti dī vesti  
subduco pelle  
qz olim p. llo  
p. be. act. u. v  
lote dīv.  
 xit, nōnē regis Saul, nōne allophyloz, nonne filij dilectissimū peritur  
 insidijs. Nōne elaias in duas pres secus, nōne Hieremias lapidibus Allophyh  
 obrutus, nōne Helias a Hiezabel fugatus, nōne Zacharias barachie  
 filius inter tēplum ⁊ altare est occisus: Pro salute patrie Judas macha-  
 beus diu fortiter ac animose pugnās cum tota fratz stirpe deleris est,  
 sub Alexādzī magni successoribus, vt machabēoz testat historia. Iudci  
 qui legem veteri ⁊ obseruare voluerūt misere trucidati sunt, in qz ele-  
 azarus vnus de senioribus scribarū, vir etate prouectus, vultu decor<sup>9</sup>, vi-  
 te sanctitate venerabilis, cum porcina carnē extra legis instituta comē-  
 se cogere tur, maluit iuste ⁊ religiose mori, qz flagitiosam ignobilem qz vi-  
 tam paulo amplius producere, dum igitur in tormētis cōstitutus vici-  
 nam mortem videret, sic exclamasse dicit gemēs, Domine qui habes scānt  
 sciētiam, manifeste tu scis, quia cū a morte possem liberari, duos corpis  
 sustineo dolores, scdm animam vero ppter timorem tuum libenter hęc  
 patior, fuit iste prefecto dignissimus, qui in celo reciperetur quoniam  
 tam animese tam fortiter terrenum hoc corpus p lege dei tormētis ob-  
 iecit. Taceo Joānem baptistam, taceo apostolos, taceo martyres, quoni-  
 am nota magis nulli domus est sua, Joseph Innocē a fratribz vendi-  
 tur, Susana detestabilem calumniam patitur, Danielē oībz obicitur.  
 Sed quid plura. Terrena hęc habitatio malis est mater, bonis nouerca.  
 Tu ergo Carole Antoni noli trīstari, imo magis gaude, ⁊ gratias age  
 q in hoc venerando coetu tot sanctorum pari cum eis sorte, numeris  
 nihil hesitans breui futurum vt sicut cum eis fueris in poenis, sic etiam  
 cum eis in coelo coroneris. Nonne meministi, quod non sunt condignae  
 passiones huius temporis ad futuram gloriā, que reuelabitur. Quod  
 si meministi, cur tantum te maceras, cur in aetate conficeris. In hoc dō

lorum torculari premeris. vt fructum afferas. vt conscientie rubiginem  
 eruas. vt celestem animum in coelum attollas. Si dicat aurum argen-  
 tario cur me coquis: cur me cedis: cur me lanias: Nonne recte responde-  
 bitur vt perficiaris. vt ad eam ad quam es genitum gloriam peruenias:  
Propterea scriptum est. quem diligit deus. corripit. ⁊ castigat omnem  
filium quem recipit. Et teste Plinio quoddam a quile genus. qd hali-  
 tum vocant. hec pullos mox vt nati sunt. contra solem statuit quos fixa  
 acie sole ferre posse viderit. seruat educandos: quos autem oculis conuie-  
 re ⁊ radijs offendi dephenterit. tanq̄ indignos vita eliminat: Nō aliter  
 pfecto deus nobiscū agit. nam quos videt in aduersis aīo deici. educare  
 non curat. qui sō subsistunt. ac durāt. custodit ⁊ nutrit. ⁊ quoz numero  
 fuit ille q̄ dixit. ppter nomē tuū deduces me ⁊ enutris me. Itē licet adi-  
 pe ⁊ pinguedine repleatur aīa mea ⁊ ipse deus apud elaiam de Iudeis cō-  
 querens. filios inquit enutriui ⁊ exaltau. ipsi autēz spreuerunt me. Quā-  
 diu em̄ beneuēdo Deo adheferūt. cum eo q̄ dixit. Mihi autē adherere  
 deo bonum est. ⁊ ponere in deo spem meam. tandiu eos paut ⁊ rexit. At  
 postq̄ cum filio pdigo recesserunt. substantia sua portione cōsumpta. qz  
 nunq̄ ad patrem redierunt. porciniis cibus ali. ⁊ in agrestem naturā trā-  
 si repermisi sunt

**Rationes philosophorum cur corpus humanum  
 auctum sit fragile** Ca. ij.

**A**d dicit quispiam q̄ mūdi hui⁹ harmoniam ignoret. Cur huma-  
 num corpus tam sup̄ū ac fragile fabricat⁹ est deus. cū lapidib⁹  
 ⁊ ferro tantā duriciē resistēdiqz potētiāz indiderit. Quid huic re-  
 spōdebo. nisi q̄ apud. A. Belium libro sexto noctium articaz. capite pri-  
 mo dixisse Chrysippū in libro de prudentia legisse me memi. At em̄ nō  
 fuisse principale naturę consilium vt faceret hoies debiles. ac morbis ob-  
 noxios. Nunq̄ em̄ puenisse hoc naturę autozi. parētiqz omnīū rerum bo-  
 nar. sed cum multa magna gigneret pareretqz aptissima ac vtilissima p  
 sequelā adiueta sunt in cōmoda. Nam cū rōne subtilissima deus hoīem  
 fingeret. vtilitas ipsa opis postulauit. vt tenuissimis minutisqz officul⁹  
 caput cōpingeret. sed hāc vtilitatem rei maioris. alia qdā in cōmoditas  
 extrinsecus psecuta est. ut sez esset caput minus munitū. ictibus offēsi  
 omnibusqz paruis. etiā peruium ac fragile. Inde qz morbi egritudinesqz  
 cōsecutę sunt. Hāc sententiā cōtemplatus Auerrois in libz Aristotelis  
 de aīa dixit. Sensus in aīalibus causaz dedisse breuioris vitę. Nā vt cui  
 detius certiusqz sentiam⁹. carnes oportuit esse mollissimas. at molliora  
 facili⁹ offēdiū. magisqz patēt nocumētis q̄ lignea duraqz corpa. Utili

**D iij**

tas igitur hoīs ad hāc operis qualitatem duxit artificē qua de re qui cō  
querūtur (Cōquerunt autem soli imperiti) merētur sensu rationeq; sub  
latis. in lapides ⁊ ligna pueri. quoz naturam magis emulātur. Finge  
per p̄popoēiā. quam poētē ⁊ p̄phētē sepe v̄lurpāt. Duos coram te ligni  
truncos humi iacētēs interrogāti tibi respōdere Interrogent autem qd  
nam esse malint. quam a fabro formam sortiri cupiāt. R̄ndeat p̄m<sup>o</sup> Citharam  
me facito. Alter in aratrum me dolato Cithare rō subtilitatem  
poscit ratellaz. Corpusq; qd facile ledi ⁊ cōfringi possit. Quid igit si li  
gnum postq; vt poposcerat Lyre formam sortitum est de sua fragilitate  
p̄querat. admitemus ne hāc quērimoniā an nō potius obiurgabim<sup>o</sup>. ⁊  
ingratiitudis ac insipiētē truncum accusabim<sup>o</sup>. q; opifici grās nō agat  
⁊ forme nobilitati duriciem p̄ferat. Sic p̄fecto de nostra hac fragilitate  
seu vt philosophi dicūt. naturali impotētia quam vitalium opationum  
ratio poscit p̄queri. hoīs est ingrati simul ⁊ stulti. Quis enī mentis cō  
pos sine his quidpiam p̄sequi studeat que iuncta illi necario videat. hoc  
esset naturā velle subuercere. ⁊ vt ita dixerim exoptare solez sine luce. ter  
ram sine mole Mundum sine deo In hoc sumus sapiētēs q; apud Cice  
ronem Caro. q; naturam optimam ducē seq̄mur. cig; paremus. Subij  
cere libet. qd Plotinus Platonius vir crecepta infidelitate diuinus in  
p̄mo de p̄uidētia libro capite. xi. de huiōi senserit. ait nāq;. Quemadmo  
dum artifex nō omnia q; in aīali sunt efficit oculus. Ita neq; rō facit om  
nia deos. Vex alia quidem esse deos statuit. alia hō demones sequēti na  
tura. Post hęc autem hoīes. aīaliaq; deinceps. neq; id quidem inuidia  
sed rōne intellectuāle habēte varietatē Nos at sic affecti sumus sicut im  
periti picture. q; pictozem damnāt. q; non vbiq; pulchros eque colores  
posuerit. Pictoz autem vnicuiq; parti qd eam decebat attribuit. Ciuita  
tes qz bene institutē nō equaliter in omnib<sup>o</sup> disponūtur. p̄tererea quis  
nam comediam tragoēdiamq; vituper. q; omnes in ea nō sunt heroes.  
sed interfit ⁊ seru<sup>o</sup>. ⁊ rustic<sup>o</sup> aliq; rudiōri voce p̄nunciās Poema. tñ nō  
erit pulchz. si quis inte tollat deteriores. hęc. Plotinus. q; q; sunt mis  
admodum p̄sentanea subiecti. Ergo duplex hoīs natura cum sit vna oī  
bus hoībus p̄munis. vt recto corpe esse duas manus. duos p̄tes habe  
re. loq;. intelligē. altera vnicuiq; p̄pria. vt talis oris figura talib<sup>o</sup> lineas  
mētis esse fictū. vtrāq; ⁊ cōem ⁊ p̄pūā. Sapiēs vir equo aīo feret et fa  
ciēs ex necessitate (vt aiūt) stutē. corpi deformitate ⁊ damnū vertet in  
animi opulētiam atq; ornatū Nō ab re fuerit hic annotare qd in p̄mo  
libro ethicoz de foelice hoīe scribat Aristoteles. p̄fert enī eum quadran  
talib<sup>o</sup> seu tesseriis. qb<sup>o</sup> in aluēolo ludit. greci cubos vocāt q; videlz sicut  
tessere quomodo etiq; iactētur. sic semp in vnam partem incumbūt vt et

plur. similitudo  
Nota

de v. p. p. p. p. p.

rectitudinē ⁊ immotam stabilitatem retineat. ita homo cordatus ⁊ vea  
relapiēs quo res cūq; cadant. ⁊ in quamcūq; fortunā incidit. feret opo  
time. ac per omnia omnino decēter. q̄ si quotidianos casus sic ferre debe  
mus. quomodo non feremus etiam eos quos cuitare cōmunis omnium  
parens natura non potuit

De quattuor corporis humoribus Ca. iij.

**S**unt qui laborant bile atra. quam nostri. Medici greco vocabu  
lo melancholiam vocant Sunt qui prasina seu porracea vel etia  
fulua (grece Χοληδὴ) plus Iusto abūdent. Sunt qui phlegma  
te quam vocant latini pituitam suffocent. Sunt q̄bus impedimento ē  
sūp̄fluis sanguis hęc (vt supra diximus) ante primi hōis culpam tanta  
harmonia p̄nuata erāt. vt ex ipsis. neq; mors. neq; morbus. neq; mole  
stie quicq; emergeret. At soluta hōis in deum obedientia. soluta est hu  
morum huiusmodi par. dissipata cōcordia. Pituita p̄dominās synā  
chias Melancholia quartanas. Cholera tercianas. Sanguis q̄rtidia  
nas febres facit. Hoc autem exempli gratia dictum sit. Nam multis ⁊  
innūerabilibus p̄ne modis humores isti a medio discedētes genera in  
finita morborum inducūt. Cholera item fulua: quia acuta est ⁊ ignea. re  
pentinas iras tollit. ⁊ quasi nimbus q̄stiuus cito desistit. atra si iram  
p̄cipiat. et̄ ē p̄tinax. ⁊ sero se cohibet. qui illam patiūtur Iracūdi vocant  
Qui vero hęc amari ⁊ acerbi sunt etiam qui atram eū fulua miscuerint  
⁊ in his sicut humor: sic ⁊ morum mīxtura p̄surgit. ⁊ mediū locū tenent  
inter p̄dictos Hippocrates vocatus ab abderitis vt curaret Democritū  
sp̄ridantē. inuenit eum in agro auiculas exenterantē. ⁊ receptacula hu  
morū isto:rum vestigantē. Multum enī confert. ⁊ ad Salutem corporū ⁊  
ad mores humanos ista cognitio. ⁊ beneficio medicīne fieri p̄t. vt quis i  
nouam p̄plexiōem. ⁊ p̄ sequelā in morū trāseat nouitatē. sicut in his pas  
tet qui bilem atram polypodio ⁊ elleboro. fuluam p̄o curant tu pontico  
q̄d pharmacopolē reubarbarū vocant

*Exenterare ficit  
auibus eoz d̄stina  
eijere. ⁊ mactat*

*Pharmacopolē ecce  
ficit eos q̄d vulgō  
p̄tē apotecarios vōt.*

Quō complexiōes distribuātur a deo Ca. iij.

**A**dicit iterum quispiam. cur hec ita distribuit deus. vt bilē hō  
ratiophlegma heraclito. sanguinem Socrati. melancholiam  
Questi tribuerit. Quę nam ratio fuit ita dispēsandi: casu ne ista  
an p̄uidentia vlla gubernātur. reduce<sup>9</sup> sum in syres quas p̄us effugerā  
tentabo igitur breuib; verbis etiā hinc elabi ⁊ si quid nouę meritis in  
uenero. poterit his q̄ supra diximus applicari. vt ex his duobus locis  
vna sententię veritas. ⁊ ex duobus capitibus vna disciplinē fiat integri



gis q̄ illud comedas: vt cibus ita cōcoctis fiat coagulatio certi semis vt  
 hac magis hora cocas. vt mulieris vulua. quam medici matricē dicunt  
 sic sic affecta. Quibus variatis variari q̄z foeturam oportet Cur autem  
 in meam magisquā in tuam perniciem ista p̄tingāt Nescire me fateor q̄  
 autē causam dicitur eorum vniuersi: nō faciunt satis animo impatienti  
 grauius ferēti se cum decore vniuersi detecorari Sed ignorata cā. igno-  
 rari nō licet hęc omnia ē quo aio ferēda. cum vnicuiq̄z p̄suasum esse debe-  
 at: nihil a dei numine sine recta rōne fieri posse. Sed sunt q̄dam nō mi-  
 nus impij q̄z imperiti. tam arrogantes: tam proterui. tam insolentes et  
 imph̄riti. vt velint naturaz omnium stures ac opatiōes: angeloz etiaz  
 ritus. et officia p̄pter sui pedis morbum imitari Quod q̄z alicuium sita  
 recta rōne breui exemplo digno scito. Si in Cithara ad p̄cinitatē reda-  
 cta neruus vnus p̄querat. et dicat se nimium tendi rogetq̄z se paz remitti.  
 quō putamus Citharēdū respōsuz. nisi toti<sup>o</sup> citharē magisquā nerui  
 vnus rationē habendā. Sic p̄fecto deus ordinē mūdi et naturaz. et q̄  
 bus mūdos stat: curam gerere et debet: et gerit q̄ si p̄transitaris. et obis-  
 cias. vniuersi ordinē opitulari singulis debere nō obesse: quemadmodū  
 in optima re. p. sic cōmune bonum admistrat vt singuli in pace sine iniu-  
 ria viuāt. Nec enī alterius rei grā p̄ncipes ac magistratus creant nisi  
 vt singulis benecōsulātur. Sicut de Solone salaminio dicit q̄ tanto p̄u-  
 dentē tempamento leges atheniēsi bus dedit: vt parem grām a senatu  
 et a plebe p̄tradiderit. qd̄ si tātē (vt ita dicam) cōditurē felicitas ab hois  
 potuit prodire p̄silio. qd̄ humano generi p̄stare debuit dei p̄uidētia cui<sup>o</sup>  
 est ad nrām nulla p̄portio: Nonne potuit. et omnibus simul et singulis  
 bene p̄sulare: O homo bullā. q̄ nascēdo moreris et floēdo marcescis. tan-  
 taue cōtra auzorem tuū surgis audacia vt ei succenseas: et vclis in eū ex-  
 ercere censuram. pone hanc vaniloquētiam. et recordare dicti illius gene-  
 seos vidit deus cuncta q̄ fecerat. et erat valde bona Sed an p̄dere potuit  
 meliora. nō desuere Theologi q̄ discerptarint. p̄ducamus ergo nobis q̄  
 dem a deo bene p̄sultū. Sed qm̄ vt Aristoteles inq̄t: intellectus noster  
 in causas altissimas ita fertur. sicut nyctioracis ocul<sup>o</sup> in lumē solis/nō  
 posse nos p̄sily diuini rōnem scire. et p̄pterea dictū a christo. nescitis qd̄  
 petatis. At dices iterum. si naturaz ordinē et opatiōes violari nefas est  
 nō licebit infirmo votis et p̄cibus cum deo de impetrāda sanitate tracta-  
 re: Cui obsecrationi respōdeo. licere quidem suppliciter. ac modeste petere  
 et qd̄ petitur. si datur. cū gratiaz actiōe recipi debere. si nō datur. p̄queri  
 nō licere. istosum mea intendit oratio.

De anime libertate

Capitulum. v.

E i

O homo  
 bulla p̄m  
 est eo q̄  
 metale  
 bene affi-  
 nitari p̄f  
 R bulla h  
 aqua p̄p̄te

Barrenseal p̄c d  
 ac p̄m a infra ma  
 ri. a q̄ a p̄ua q̄  
 eo

2.

## Liber Secundus

**C**orpoꝝ hec cōditio. Animi sō natura libera. immūnis ingēna  
 z ab erumnis excluda corporeis. nec coelo regit. nec elemētis ser  
 uir. z si ppter appetit<sup>o</sup> pncionē qui corporeis qualitatibus est  
 subditus in penis sp̄ inclinā. in manu tamē silij sui est. Corp<sup>o</sup> natura  
 libus rebus z deo. aīa sō sibi z deo subest. Propterea vtzqz fm diuersas  
 trāslatiōes legim<sup>o</sup> in psalmo. latini sic legūt. Aīa mea in manib<sup>o</sup> meis  
 sp̄. Greci at sic  $\Psi\psi\chi\mu\omicron\upsilon\epsilon\tau\alpha\iota\sigma\ \chi\epsilon\rho\sigma\iota\omicron\upsilon\upsilon$ . hoc est in manib<sup>o</sup>  
 bus tuis. i. dei/nostre tamē trāslationi Concordāt hebrei apud q̄s legitur  
 naphite caphi. qd̄ est aīa mea in manu. Plorin<sup>o</sup> in libro de p̄ritib<sup>o</sup> dicit  
 Aīam nō habere supra se naturam nisi deum/a q̄ sicut luna a sole frutes  
 mutat z lumen. Nec ab ijs multum distat qd̄ Aristoteles d̄ in poli  
 tics/trōnem seip̄ pncipatu politico appetitū. corp̄i vero desp̄tico colim  
 p̄rare. inter hos duos pncipatus hoc interest. q̄ in desp̄tico hoc est he  
 rili nā greci dominiū  $\Delta\epsilon\sigma\pi\omicron\tau\iota\alpha\chi$  vocat in quē seruitutis est grauius.  
 sicut seruiuit Israel in egypto. hoc ius habet animus in corp<sup>o</sup>. in aīam  
 verō sicut z in angelos solus de<sup>o</sup>. Unde sicut in apocalypsi legit<sup>o</sup> Joāni  
 ab angelo quē adorare volebat resp̄sum est. Uide ne feceris id̄eru<sup>o</sup> em  
 tuus sum. s̄ in hac dei seruitute summa Libertas est. qz deo seruire est cū  
 eo regnare. In politico autem subditi aliquādo p̄rit z p̄traditē pncipi  
 bus z aduersari. sicut z appetit<sup>o</sup> rationi. Hāc etiā ob cām sp̄s prompt<sup>o</sup>  
 z caro infirma vocat a christo. Corp<sup>o</sup> est iquē vilemācipium. anim<sup>o</sup> aut  
 semp z vbiqz pncipat. corp<sup>o</sup> suū regit z possidet. At nos qui p̄ inscitia  
 ac dementia nostra magis corpus qz aīam colimus. concupiscentijs no  
 stris illecti z abstracti deus subornare z pueriliter ac inep̄te supplicādo  
 in sentētiā nrām conamur attrahere. At sicut neqz pater filio semp in  
 dulget sic neqz de<sup>o</sup> nos semp exaudit. Propt̄ea filijs Zebedi honozē am  
 biētib<sup>o</sup> pmisit martyriū. ac si dicēt vos salutis vestre ignari. ea tm̄ q̄ sūt  
 corp̄is infantiliter petitis. ergo at q̄ tanqz opifex figmētus vrm̄ intelli  
 go. z tanqz pater verā vram salutē in q̄ro. corpe cui<sup>o</sup> natura caduca est cō  
 temp̄to. circa ea q̄ animi sunt laboro. Erudē sunt igit huiōi cogitatiōes  
Deus vt nr̄i miserat̄ orādus Et in hoc marie audiend<sup>o</sup> ē Socrates: q̄  
 nihil ultra a dijs petendū arbitrabat. qz vt bona tribuāt. Nos autem id̄  
 in plerūqz votis expetere qd̄ nō Impetrasse meli<sup>o</sup> forēt. Ipse em̄ de<sup>o</sup> fe  
 cit nos z nō ipsi nos. sub potētī manu ei<sup>o</sup> hūiliari nos decet. Ip̄s em̄ est  
 cura de nobis. z vt Jacobus inq̄t expectat a nobis fructū nostrū tempo  
 ranēū z serotinū. Eum scilicet quem Maius. z quem September affe  
 rat. q̄ sunt p̄ metaphozam dicta. vt per hęc intelligamus z eius fructum  
 quem adolescēs adhuc in Iuuenta. z eum quam Aetas in occasum ver  
 gens. z in mortem iam inclinata producat.

politia d̄ regimen  
 plurimū  
 desp̄ticū. i. regimē  
 d̄m̄ z heri aliq̄.

An distributio complexionum procedat a fortuna.  
vel a casu. Et qd Aristoteles fortunā male descripsit.

Capitulū. vi.

**U**tres igit que sit complexionū ratio diuersay. que si patrem qui ge-  
nerat mortalem inspicias ueniet e fortuna Si ho ad angelos qui  
mūdo p̄sunt. si ad deum rex opificem spectes. nec fortuna nomi-  
nanda. nec casus. Id nāq; a fortuna factum dē Aristoteles qd efficiens  
dum aliud quidpiam oprat. effecerit. Ut fossor si dum plātandē uitis  
grā scrobem facit. Thesaurū reperiat. Thesaurus inuētus a fortuna di-  
cetur. et ipsa fortuna ipse fossor erit. At deus qd vt Augustin⁹ inq̄. nō ali-  
ter nouit facta qz fienda nunq; agere sic p̄t vt dum vnū intēdit. aliud fa-  
ciat: hoc nobis argutilis: sed re vera parti cernētibus. vt plurimū aluci-  
nāibus accidit. si em fossor Thesaurū hic latere nouisset. iam nō p̄pter  
aliud. sed ipsius Thesauri grā fodisset. essetq; thesauri inuētio nō fortui-  
ta: s; a proposito fodiētis intēta. p̄ptēa dē Aristoteles. ubi maior intellec-  
tus sit. esse fortunā plerūq; minorē. qd ego p̄ capru meo sic intellexerim  
Intellectui qualis noster est. qui sibi que euentura sunt parū uidet. p̄-  
ter p̄positum multa p̄tingūt. Nam fallax ista rerum mobilitas. et inco-  
stās mūdi fluctuantis ingenium noua semp̄ important. et bona ac mala  
sperata et insperata p̄miscue ingerit nature nunq; ociosa fœcūditas: quo  
fit vt euenta plura sint qz a nobis mortalib⁹ p̄sari possunt. Et hęc causa ē  
vt in tāto rerum fluxu quercenti vnum. aliud se offerat. sicut in foro cum  
nundinē sunt. in tanta plēbis frequētia ignoti plures qz noti occurrūt.  
Si ergo dum Petrum queris. Joānem reperias. id dicit factum a for-  
tuna. Animo igit omnia intuiti vt diuino. nihil plurima p̄spiciēt vt a-  
gelico. pauca. pauca cognoscenti vt nostro: multa a casu et fortuna p̄tin-  
gūt. Nō videt tñ Aristo. recte fortunā descripsisse. cū eā dixit cām p̄ ac-  
cidēs. licet em is qd dū colit agz repperit thesaurū. sit ei⁹ inuētiois cā p̄ ac-  
cidēs. qz dū aliud facit istud offert. non tñ est fortuna fossor appellādu-  
nomē em fortunē nō ad fēcādū has cās. s; ad lōge aliud iuenit antiq̄ras  
deū em fortunā dixerūt qd dandi et auferēdi ius h̄rēt. et ei verēs gubernacu-  
lū et copiā appingebāt tali figuratiōe innuentes bona hęc terrena regia  
fortuna iuxta illud Duidij. fortunē cetera mādo. Que iuuēt. et meli⁹ qz  
tu tibi sulat opo. Cām q̄ quandā latentē et ignota. vñ accidētū rex sub  
itus et inopinat⁹ p̄dicer euect⁹. dixerē fortuna. Nō si dicat Aristoteles  
thesauri fortuitā effossionē p̄ter fossorē. causam nō habere. et iteo fortu-  
nā fossorē appellandū. Id plane absurdū est. nam apud sapiētēs confes-  
sum est in omni causarum serie causam per accidens nunq; esse primam

Errob

Alucinari sic fit  
erro: qd ad lucē p̄-  
uēde m̄toz. ut  
possit.

E v

## Liber Secundus

Sed causas indagātem cum talem inuenerit oportere altius speculārī donec cām videat q̄ effectū noxī et intēdat. hāc autem in stellis vbi fatū collocant. quia rōne carēt. nō inuentā quērim⁹ in spūalis natura substātie. q̄ deo et angelis bonis et malis est cōmunis. cām ergo talem arbitratū suo et temere. vt aiūt: cuncta dispensante fortunam indigītāt. q̄ pfecto nihil aliud est. nisi deus. et āgeli in misterīū dei creati. q̄ si aliqñ vident dādo aut auferendo temerarij. nihil tñ agunt incōsulte. s; est potius in humano intellectu cōcitas. et in iudicio hoīm magis q̄ in opatiōe illorū temeritas/ causas huiōi imateriales et incorporeas q̄ re vera mundū administrant visus est Aristoteles nō curare. q̄ nihil de eis exploratuz haberet. et q̄ id negocij supra humanū iudicauit ingenīū. in hanc disputatūculam me traxit pudentiē diuine reuerentia/ a cui⁹ autoritate subtrahi vident quēcunq; fortune tribuant. fortune inq; que quid sit nescitur. ac cū eam esse pstat dei pudentiā. leuius patientia suadet et emulus q̄dam deo subtrahitur. Sed ijs iam parcedum existimo ne in philosophoz q̄ phisici dicuntur. spineta te ducam. socratica illa philosophia vtilior q̄ vitam et mores instituit: illa enim doctos tantum facit. ista vero et doctos et bonos

### In quo consistat felicitas in hac vita contra Peripateticos et Stoicos

Ca. viij.

**H**ic fortasse quispiam dixerit. cur nō egre: cur non moleste ferens et sunt egritudines. cum nos in hac vita miseros reddāt. Aristoteles enim cuius tāta est omnis autoritas vt ab eo preuaricari nefas parent. in ethicis dicit: felicitatem humanam in sctutis opatione cōsistere. sed pfectam nō esse. nisi sctuti animi corpis et fortune bona coniūgant. cuiusmodi sunt corpis sanitas. forma liberalis. honesta familia diuitiē etiā que nobis familieq; sufficiant. amici quoq; optimi. quibus cum iucunde viuere et omnia cōmunia habere possim⁹ et vt ipse Aristoteles inq̄t sine amicis nullus eligeret viuere etiā si cūcta possideat bona. At inter corpis et fortune bona. sic em̄ vocāt ipsi bona externa. p̄mū locū tenere videt corpis sanitas. sine qua neq; amicorū congressus: neq; diuitiaz vsus. neq; bonorū splendor. neq; liberorū copia delectare tantuz sufficit: vt foelices simus. paucis ego Respondebo. affirmaboq; Aristotelis humanam esse sentētiā. Et p̄pterea oportere eā sacris cloquijs cedere. et veritati reuelate diuinitus nō em̄ potuit ipse q̄ ad speculatiōez corpē nature se puerterat: supra incorporea oculos eleuare. Nec aliud foelicitatis genus vidit q; eius q̄ in hui⁹ vite turbinibus p̄t vel nullis certe ad modum paucis accidere. Sed filius hoīs qui de caelo descendit nos ad

## Liber Secundus

alium finem genitos esse monuit Ipse nimirū ille fuit de quo inq̄t Qui  
dius Pronaq; cū spectet aialia cetera terram Os homi sublime dedit.  
coelumq; tucri Jussit. zerecros ad sidera tollere vultus Cōsumata felici  
tas in hac vita si haberi possit: dispuret ab alijs Certe apud nos definitū  
est a nullo adhuc habitam Legimus omniū qui añ nos fuerūt historias  
 hebræas. grecas. latinas. barbaras Qui fuerit in hac vita pfecte beatus  
 repperimus neminē Legim<sup>o</sup> infinitas hoīm miserias. calamitates grū  
 nas. multoz etiā domi z foris sapiēter dicta. fortiter facta. prudēter con  
 sulca. vere beatū nusquā Inuenimus: Pl. libro septimo Naturalis his  
 torie. capite. xli. vna inq̄t foeminaꝝ in omni quo Lampido Lacetemo  
 nia refert. que Regis filia: Regis vxor: Regis mater fuit. Una Phere  
 nice que filia. soroz. z mater fuit olympionearuz: Pherenice Ista que et  
 Callipatira dicta fuit. filium P. sirhodum in certamē olympicā ipse  
 ta virili habitu quasi pugil cū victorem agnouisset. superato aggere quo  
 gymnici claudebant. nudauit se. z ad p̄nā quesita q̄ Alpheū aminē trā  
 sisset. id em̄ diebus illis scemis erat capitale absoluta est datumq; id pa  
 tris z fratris z filij verecūdię. q̄ omnes olympionice fuerunt. z hac cau  
 sa induci q̄ sacris certamib<sup>9</sup> p̄erāt statuerūt vt ex eo tpe nudi accessēt  
 q̄ ad ludicrum id certamen puenirent Una familia Curionum. in qua  
 tres p̄tine vna serie oratores extiterūt Una fabioꝝ. in qua tres conti  
 nui P̄ncipes senat<sup>9</sup>. M. fabi<sup>9</sup> Ambust<sup>9</sup> Fabius Rutilan<sup>9</sup> fili<sup>9</sup>. Q.  
Fabius Burges nepos. Idem capite. xliij. Q. Metell<sup>9</sup> in ea orōne quā  
 habuit in sup̄cimis Laudibus patris sui. L. Metelli P̄otificis. bis p̄su  
lis. dictatoris. magistri equitū. quidecim viri. qui p̄mus elephātos p̄mo  
punico bello duxit in triumpho. scriptū reliq̄t decem maximas res opti  
masq; in q̄bus querēdis sapiētes Aetatem exigerēt p̄sumasse cum .vo  
luisse em̄ primariū bellatozem esse optimum oratozem. fortissimū impa  
tozem auspicio suo maximas res geri. maximo honore vri. summa sapiē  
tia esse summū senatozem haberi pecuniam magnam bono modo inue  
nire. multos liberos relinquere. z clarissimū in curiate esse. hęc cōtigisse  
ei. Nec vlli aliū post Romam cōditam. Lōgum est recellere. z sup̄uacu  
um. abūte vno casu refutāte. si quidem is Metellus orbam lumibus exe  
git senectam. amissis incedio cum palladiū rapet ex exe Ueste memo  
rabili cā. sed cūctū misero. quo fit vt infelix quidem dici nō debeat. felix  
tamē esse nō possit. sic Pl. alterius metelli. q̄ hui<sup>9</sup> nepos fuit mētionēz  
facit. qui p̄ter honores amplissimos cognomenq; Macedonie. a quat  
uoz filijs illar<sup>9</sup> est rogo. vno p̄toze. tribus p̄sularibus duob<sup>9</sup> triumphis  
libus. vno censorio. que singula q̄z paucis cōtigere. In ipso tamen floze  
dignitatis suę a Catinio latrone tribuno plebis. quez senatu censorie

Certamē olympi  
ca dicitur

E liij

## liber Secundus

erat: reuertens e campo meridiano tpe vacuo foro ⁊ capitolio ad tarpeiu  
raptus vt papitaret. vix potuit limite mortis reuocari. ⁊ in fine ei⁹ capi  
tis ⁊cludit dices. Nulla est pfecto solida felicitas. quam cōtumelia vlt  
la vite rumpit. ⁊ in humane felicitatis inquisitione plustens nominato et  
excluso Augusto. qui ppter amplissimā imperij dignitatem scēlix cū nō  
esset: videri tamē poterat. duos subijcit. quos ad castigādā hoīm vani  
tatem diū felicissimos iudicariū Phedum quēdam. qui p patria pprime  
occubuisse. Et Aglaum Arcadum pauperrimū: quem a psophide vico  
psophidium cognominant. cum em̄ Byges Regno Lydie armis ⁊ di  
uitijs abundatissimo inflatus aīo Apollinem pyrbiū venisset sciscitatū  
an aliq̄s se esset felicior De⁹ ex abdito sacrariū specū Aglaui ei prulit. Ja  
grate senior terminos agelli sui nunq̄ excesserat. paruū ruris fructib⁹  
⁊ voluptate p̄tent⁹ Cui sine plane astipulat illud sapiētie. melior ē buc Sapientie  
gella cū gaudio. q̄ domus plena diuitijs cum iurgio. Item illud psalmi  
Melius est medicum iusto. sup diuitias pctōz multas Et capite. et vij  
memit cuiusdam Euthymi p̄ctē hoc est pugilis. enim pugil interpret  
tatur. qui quoniā semp Olympiē victor fuerat. ⁊ semel tantū a Thasio  
Theagene circumuētus dolo victus Iussu eiusdem oraculi ⁊ Ionis asti  
pularu p deo est habitus ⁊ cultus Patria ei locri in Italia. q̄ epizephy  
riū dicitur. apud quos erat ei statua. ⁊ Olympiē altera. q̄ ambe vna diē  
fulminis impetu p̄sumptē sunt. hic teste Heliano in libro variē historie  
octravo. sayuz ingēri magnitudie gestabat: qui locris ostēdebat. ⁊ alio q̄  
ceteri mortales fato absumptus est Nam apud Cecinū amnē q̄ locros  
diuidit a Rheginis ab oculis hoīm repēte disparuit. hi sunt quos ex to  
tō humano genere. ex tam infinita hoīm multitudie vt felices haberent  
electi sunt. de q̄bus illud Hieronymi nostri dici p̄t. quātis laborib⁹ here  
ditas cassa expectū minori p̄missa p̄cio margarita christi emi poterat. Cle  
ra ergo solonis sentētia q̄q̄ ab Aristotele damnata. q̄ neminem in vita  
beatum existimauit dici debere. Cui cōsonat illud psalmi Cum ceciderit di  
lectus suis somnum ecce hēditas dñi. Nō plus ergo q̄renda ē in hac vi  
ta felicitas. q̄ apud gallos Roma. apud gallos em̄ nunq̄ ipam vitem  
Romam sed viam quē Romam ducat inuenias. Nulla est igit nec esse  
potest dum viuimus nobis alia felicitas. q̄ ad veram felicitatē vera via  
quam qui tenet a mortalitate ac miserijs se afferere p̄t. Vita em̄ nostra si  
cum p̄tute ⁊ dei gratia agat. ad beatitudinē. si cū vitijs ⁊ dei odio a misē  
ria ad miseriam est via. ⁊ quāto vita hęc laboriosior ⁊ erummosiorq̄ ē. mo  
do Justiciam ⁊ pietatem seruet. tāto maior est futura felicitas Audi nō  
me. sed Joānem in Apocalypsi Beati qui lauant stolas seu vestes suas  
vt potestatem habeāt in ligno vite. ⁊ per portas intrēt civitatem stolas

## liber Secundus

lanare est poenitentiam agere. que predicatois christi fuit iniciu. in ligno vite potestatem habere. christo qui est lignum vite in medio Paradisi e frui posse Per portas intrare Civitatem. est per madoroz observacione ad coelum ire. Dixit em christus adolescenti. si vis ad vitam ingredi. serua mandata sed quid multis opus est quando licet vno verbo saluare. res ita se habet. vera et compediola felicitas in hac vita nulla est alia nisi madoroz dei et Euagelice legis observatio. no diuitijs no potetia i tendendu est. Regnum dei estimacionem non habet. quantum exhibere potes. ratio emittur Non opus est sanitate. no liberis. no clientibus. no amicis. Sed dei gratia et frute conadum est. vtraga nostro pendet arbitrio. licet em sine dei munere. neqz frutus. neqz gratia haberi possit. tamen vtrumqz ideo nostru est voluntatis. quia deus bonoru suorum liberalis ac magnificus dispesator. tantum tribuit. quantum est quisqz paratus accipere. stat em christus ad ostium et pulsar. ad aperietem intrat. cum eo assidue epulatur et habitat. Neqz stoici igitur cum duce suo. Zenone. neqz peripatetici cum duce Aristotele recte de felicitate senserunt Illi em in virtute sola. Isti in opatione virtutis eam collocat. Sed nos a deo illuminati et edocti virtuti opationiqz virtutum superaddimus gratiam Nec si sequi potes (potes aut si vis) licet amicis priueris. licet summa premaris inopia. Licet cum Job in sordibz iaceas. Licet insanabili morbo teneas. felicitatem tamen habes non illam quam sardanapallus vir muliere corruptior. no eam quam Croesus et Attalus. no illam quam Salomon habuit dum corrupte vixit. sed eam quam Paulus. quam Petrus et alij habuerunt. qui in tentationibus cum christo permanserunt sed tandem postremo loco audi testimoniu christi. quo nullu maius excogitari potest vbi nam christi iudicio prius vite beatitudo sit posita beati inqz eritis cum vos oderint homines. et exprobrauerunt. ac eiecerint nome vestru tanqz malum propter filiu hominis gaudere et exultate. ecce em merces vestra copiosa est in celo

### De Synteresi Ratione. et conscientia Ca. viij

**P**Ullatio christi de qua dicit. ego sto ad ostiu et pulso. nuqz intromittitur. die noctuqz prestrepit. domus est aia: ostiu voluntas. res qbz sit pulsatio. sunt mallesynteresis. ratio et conscientia. Synteresis est aig generale iudiciu. quo qd agendu sit naturaliter in gne cognoscit. vt qz colendus est deus. qz pater honorandus. qz subueniendu miseris. qz sp in commune bonum aliqo conservandu. qz humana societas est seruanda. hec animi virtus. quia nunqz corrumpitur. Synteresis. hoc est conseruatio dicitur a grecis. Ratio ad singula descendens subiungit. huc esse deum huc

E iij

esse patrem. hūc esse miserum Cōscientia ad opus pperās. hūc igit colē-  
dum. hūc honorandū. huic subueniēdum esse cōcludit discursus iste con-  
silium est. qđ intellectus opatiōe pficit. et ex his colligit syllogism<sup>o</sup>. qui  
apzari hoc est ab opatiōe practicus dicitur. Ad primā vim nullo nobis op<sup>o</sup>  
pceptore. Lūmē est pperuū naturali luce semp illustre. semp clarum.  
nec exingit pr. nec abicōdi. Hoc em est de quo in psalmo dicitur. Signatū  
est sup nos lumē vultus tui dñe. Ad rōnem multā cure. multum opre  
impēdēdum. falli namq; facillime pōt. et ea decepta pscientiā que sequit  
labi decipi et errare necesse est. Intellectus igit triplex ē malleus. quo ia  
nua id est volūtas pulsā. nam ad intellectum tria illa ptingit. pulsator ē  
deus. pulsat autē vt aperiat. aperiō est electio. hoc est pultationi q̄p̄p̄  
cessit p̄sentane<sup>o</sup> volūtatē assensus. Si qđ p̄sciētia dicitur eligat. p̄p̄p̄  
ctē sunt lumē. et ingrediete deo fit salus aīe. Recta volūtatē electio dōs  
mus est aperiō. grē infusio dei est introit<sup>o</sup>. de hac dei pulsatiōe Paul<sup>o</sup> ad  
philippēas capite scđo Deus est inq̄t qui opatur in nobis et velle et p̄p̄  
cere quo p̄ bona volūtatē scz sua

**Quod sine dei custodia frustra laborat huma-  
na prudentia**

**Capitulū .ix.**

**A**d dicit quispiam dum me infirmitas reddit inuicem. q̄s fami-  
lię aderit. quis Literorū necessitati occurret. Didicimus adhuc  
